



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 107. Iniqua Mariæ Scotiæ Reginæ condemnatio ab Elisabetha Regina
subscripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

tur: dividitur autem in quatuordecim capita, in quibus septuaginta sex propositionibus continentur omnes articuli, quos Pius V. circa doctrinæ capita in suo diplomate censuris notabat: eapropter hæc explicatio summopere Nuntio Apostolico probabatur, eamque ratam habebat, ac non sine magna animi sui lætitia percipiebat, quod Lovaniensis Facultas Theologica sese juramento obstringeret, se juxta hanc normam suorum opinionum libertates restricturam.

§. CVII.

Iniqua Mariæ Scotiæ Reginæ condemnatio ab Elisabetha Regina subscripta.

Thuan. l. 86. Tandem Elisabetha Angliæ Regina sententiam, qua Maria Stuarta Scotiæ Regina morti adjudicabatur, suo etiam chirographo firmabat, eamque ita subscriptam ad Davidsonum secretiorum epistolarum Ministrum transmittabat, dato negotio, ut illam secreto teneret, nullique communicaret, nihilominus tamen, cum nec exequendæ sententiæ dies ibidem esset præfixa, nec Elisabetha certum supplicii tempus decrevisset, Davidsonus sententiæ tabulas cuidam secretioris Senatus Viro tradebat, qui ceteros quoque hac de re certiores fieri voluit: unde congregati una-

unaomnes rem omni studio urgendam, atque feralis hujus sententiæ executionem esse accelerandam unanimi suffragio decernebant, quin tamen quicquam Angliæ Reginæ significaretur: quoniam vero hujus sententiæ epistola ad Schrewsburiensem, Darbiensem, Cantensem, & Northumbrium Comites eo fine esset directa, ut hæc sententia iis præsentibus executioni mandaretur, hinc infame hoc scriptum Belotradebatur, ut illud quatuor hisce Comitibus porrigeret. Postea Proceres, Nobiles, Equites, atque ejusdem Regionis Præfecti congregantur, atque unaomnes in arcem Fodringam conveniunt unacum duobus carnificibus: altera vero post eorum adventum die iussa sibi demandata Mariæ Reginæ significant, atque ut sese ad subeundum mortis supplicium paratam teneret, eidem denuntiant.

§. CVIII.

Supplicium Mariæ Stuartæ denuntiatum, atque heroica illius constantia.

Dies erat decima septima Februarii, qua circa tertiam pomeridianam diei horam præfati Comites Mariæ Reginæ mortis nuntium deferebant, quæ tamen nil perterrita sententiam excepit,

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

Thuan. l. c.
Cambden l. c.
Addit. aux
mem. de Ca-
stell. l. 3.
pag. 539.